Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36448
Copyright: Melk, Benediktinerstift

lo deberet affigere. vir domini Amandus ad
veniens obnixa prece postulare cepit
ut ei vitam concedere dignaretur. Sed ut erat
sevus atque omni belua crudelior. nichil
tum eo obtinere potuit. tandemque a mini
stris vel apparitoribus isdem fur affixus
patibulo est. atque extremum exalavit
spiritum. Lotto vero revertens domum populi con
stipatus caterva. statim vir domini Amandus
citius ad patibulum cucurrit. hominemque iam
mortuum invenit. depositumque de ligno
ad cubiculum in quo familiarius orare
consueverat eum deferri fecit. a fratribus cellu
lam egressis ipse super defuncti membra ora
cionem incumbens. tam diutissime lacrimis
perfusis ac precibus donec iubente domino ani
mam in corpore reddidit. atque cum viro dei
loqui cepit. Adveniente itaque matu
tinarum tempore convocatis fratribus aquam iussit
afferre. Suspicantibus autem illis ut cor
pus ad sepeliendum sicut mos est ablui de
beret. subito cellulam ingressi. viderunt
eundem mortuum sanum cum viro dei seden
tem. atque incolumem colloquentem. mirari
que vehementius ceperunt quod vivum vide
bant quem paulo ante mortuum reliquerant.
Tum idem vir domini Amandus eos vehemen
tissime obtestari cepit. ut ne cuiquam hoc
proderent. hoc videlicet quod per eum dominus opera
ri dignatus est. asserens non sive hoc esse ascri
bendum virtuti sed misericordie domini qui in se speran
tibus ubique dignatur adesse. Loto itaque
corpore omni. atque cicatricibus carnis carnem re
stituit. ita ut de plagis quas inde pertu
lerat in eius corpore nullum indicium appare
ret. sicque eum ad propriam remittens domum
parentibus quoque restituit incolumem. Ut vero
hoc miraculum longe lateque divulgatum
est. statim incole regionis illius cursu ce
leri ad eum cucurrerunt. et ut eos faceret christianos

humiliter postulabant. fana etiam que
ante adorare consueverant propriis destruen
tes manibus. ad verum dei cultum omnes una
nimiter pervenerunt. Nam ubi fana de
struebantur. vir dei Amandus tam ex munu
nificencia regis quam ex de collacione reli
giosorum virorum. religiosarumque feminarum
statimque monasteria aut ecclesias construebat.
ubique sacri pabulo populum reficiens om
nium corda mandatis celestibus illu
minabat. Cumque iam vir sanctus videret
predicacione sua non nullos converti. et adhuc
maiori estuans desiderio. quatenus adhuc
alii converterentur. audivit quod sclavi ni
mio errore decepti a diaboli laqueis
tenerentur oppressi. maximeque martyrii palmam
se assequi posse confidens. transfretato Da
nubio eadem circuiens loca. libera vo
ce ewangelium Christi gentibus predicabat. pau
cisque ex his in Christo regeneratis. videns etiam
sibi minime accrescere fructum et martyrium
quod semper querebat adeptum ad proprias
iterum reversus est oves. curamque gerens earum
ad celestia regna predicando perduxit. Interea
Dagobertus rex amori mulierum se plusquam
oportebat dedit. omnique spurcicia libidi
nis inflamatus. sobolem minime videbatur
habere. sed tamen ad domini confugit auxilium
deprecabaturque sedule. ut ei filium dare
dignaretur. qui post eum regni sui guber
naret sceptra. Quod ita donante domino factum
est. Cumque nunciatum fuisset. videlicet quod ei
dominus filium dare dignatus sit. magno re
pletus gaudio. cogitare cepit. cui ipsum
traderet qui eum sacro baptismate regenerare
deberet. statimque accersitis ministris
ut sanctum perquirerent Amandum. sagaci inten
cione precepit. Nam dudum ipse pontifex
domini pro capitalibus criminibus quod nullus
ex sacerdotibus facere ausus est ipsum redarguerat